

& quod Bunium vocant, purgationibus foeminarum, & vesicae, & urinae utile decoctum, potum ex aqua mulsa, vel succi drachma. Semen dysentericis osium, tritumque, in aqua calida è cyathu quatuor: sed urinam inhibet, si nox lini semen una bibatur. Alterum genus Bunium appellant, & raphano, & rapo simile. Seminis praclari contra venena: ob id & in antidotis uruntur illo: hac Plinius. Ex cuius sanè verbis palam fieri arbitror, eam nobis plantam esse Bunium, quam Napium sylvestrem rura in Hetruria appellant. Nascitur hac inculto solo, frigido praecipue tractu. Verum Pseudobunium, quod Graci vocant, nondum mihi in Italia compertum est. Quod nulli mirum videri debet: nam quod planta hac fruticet in Creta, ut Dioscorides testatur, videtur potius Cretensium propria, quam aliarum gentium. Bunium, ut Plinius tradit, antidotis admiscetur: quare & in ipsa Andromachi theriaca Bunium expetitur. Utriusque vires sanè paucus tradidit Galenus lib. 6 simplicium medicamentorum, sic inquit: Bunium, alii arcticon, adeo excalfacit, ut & urinam moveat, & menses provocet. Sed & Pseudobunium ad similitudinem illi caliditatis est. Quod Graci βύριον, Latini similiter Bunium vocant: Itali, Navone salvatico. Quod verò illi ψευδοβύριον, hi Pseudobunium, & Bunio falso.

Bunium vi.
res ex
Gal.

Nomina.

Χαμαλίσκος.

CHAMÆCISsus.

CAP. CXXI.

CHamæcissos folio est hederæ, tenuiore, longiore, ramulis à radice quinis senisve, dodrantalibus, foliosis: flore violæ albæ simili, candidiore, ac tenuiore, gustu supra modum amaro: radice tenui, candida, inutili: nascitur in cultis. Bibunt convenientissime ischiadici folia, tribus obolis in aquæ cyathis tribus, tricenis, quadragenisve diebus: eodem pota modo, senis aut septenis diebus, regium morbum purgant.

Chamæ-
cissus
confid.

Redidit Leonardus Fuchsius, in suo de stirpium historia commentario, nihil differre Chamæcissum ab ea vulgaris notitia planta, quam ut superius lib. 3. in Asclepiadis mentione diximus, herbariorum vulgus Hederam terrestrem nominat. Sed cur ejus sententiam comprobem, sanè non habeo. Siquidem vulgaris hederæ terrestris folio constat rotundo quadantenus serrato: caulibus, vel potius funiculis vitilium modo longis, humi longo tractu repentibus. Chamæcissus verò Dioscoridi solus est hederæ, tenuioribus, longioribus: ramulis à radice quinis senisve, dodrantalibus, foliosisque. Ad hæc quod Chamæcissi flores violæ albæ similes facit Dioscorides, ac etiam candidiores. Sed terrestris hederæ florem profert pusillum, in candido purpurascens. Quibus utique rationibus ducor, ut putem hanc herbam non esse Chamæcissum, quod notis inter se plurimum pugnare deprehendantur. His etiam accedit, quod Chamæcissos (si Plinio credimus lib. 24. c. 15.) spicata est tritici modo: & cum floret, existimari potest alba viola. Ruellius hanc in Gallia nasci scribit. Sed eam aliam esse à Chamæcisso hic representato perspicuum est: ea enim, quæ Plinius refert, à Dioscoride dissentit, quem nullam spicarum mentionem fecisse constat. Equidem, ut ingenue fatear, nullam hæcenus in Italia herbam comperi, quam legitimum esse Chamæcissum ausim affirmare. De viribus Chamæcissi breviter differit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, ubi sic inquit, Chamæcissi flos, cum sit admodum amarus, jecur obstructione liberat. Sunt & qui ischiadici ipsum exhibeant. Hæc planta ut Graci χαμαλίσκος, ita etiam Latini Chamæcissus nuncupatur.

Chamæ-
cissus vires
ex Gal.

Nomina.

Χαμαλέυς.

CHAMÆLEUCE.

CAP. CXXII.

CHamæleuce lumborum doloribus propitia est: herba virens, incurvis foliis furculosisque: flore rosaceo.

Chamæ-
leuces
confid.

Sanè quàm paucis Chamæleuces historiam perstrinxit Dioscorides, quare difficillimè quidem decerni potest, quanam in universo plantarum genere Chamæleucen referat. Caterum hic silentio non dissimulandum puto, quod non desunt codices (ut Marcellus & Ruellius Dioscoridis interpretes ajunt) in quibus non χαμαλέυς, sed χαμαλίσκος legitur. Alteram quidem lectionem nos quoque, magis probamus, tum quod in notis Dioscoridis nomenclaturis Chamæleuce nil aliud sit quàm tusilago, quemadmodum & apud Plinium lib. 24. c. 15. ubi eam Farranum sive Farfugium vocari tradidit: tum etiam quod eodem loco Plinius idem ferè scripserit de chamæpeuce, quod de chamæleuce in hoc capite scriptum reperitur. Quod haud dubiè ostendit, hujus capituli initio mendum subesse. Et certè facilis ac lubricus potuit esse librarii lapsus, ut qui unius tantum literæ mutatione χαμαλέυς, pro χαμαλίσκος scripserint. Porro Plinius chamæpeucen solis laricis similem reddidit: mihi tamen ea videtur potius piceæ foliis assimilanda, si in composito planta nomine volumus rectè posterioris vocis significatum spectare: nam picea τριώνυς, larix verò λάρξ item Græce dicitur. Chamæleuce, ut auctor est Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, calidæ est facultatis tertio quodammodo ordine, sicca primo. Ea Græce χαμαλίσκος, Latine item Chamæleuce, & Chamæpeuce vocatur.

Chamæ-
leuces vires
ex Gal.

Nomina.

Βύχλωσος.

BUGLOSSUM, LINGUA BUBULA.

CAP. CXXIII.

a Cat.
παραχύν-
τος, & ἀ-
παισθητός
πρὸς μὲν
τις αἰσθη-
σίαν, & ἰππο-
κρίνον, &
μινύς.
Buglossi
confid.

BUGlossum nascitur in campestribus, & sabulosis. Julio mense colligitur. Ajunt eam, quæ tres thyrsos emittit, cum semine, & radice tritam potamque, contra tertianos horrores prodesse: quæ quatuor, ad quartanos: ea in vino decoquitur. Herbam abcessibus utilem esse volunt. Verbasco simile est, folium in terra sparsum, nigrius, & asperum, bubulas imitans linguas. Quod in vinum dejectum, animi voluptates auget.

Qui diligenter Buglossi historiam expendunt, omnes herbam Borraginem vulgè vocatam, in hortis, aliisque locis nascentem, potius legitimum esse Buglossum censent, quàm illam, quæ Buglossa vulgè nominatur, cujus in officinis communis est usus. Quorum equidem judicio non dubitaverim subscribere, siquidem Borrage dicta solus est in universum verbasco similis, nigrioribus tamen, & asperioribus: quibus etiam hæc symphytum alterum emulatur, quod folia buglossi proxima ferè superius prodidit Dioscorides. Adde præterea, quod folia Borræginis in terram procumbunt, & bubulas linguas tum forma, tum asperitate imitantur. Contra quæ Buglossi nomen sibi falsò vendicavit, folia habet longa, echiosimilia, non usque adeo lata, ut bubulas referant linguas, minuscule, humi depressa, quæ potius è toto sermè cespite sursum aspicunt.

60

ciunt, nec aliqua ex parte verbascum, aut symphytum alterum representant. Non ob id tamen negare ausim, quin vulgare Buglossum in campestribus nascens, isdem cum Borragine polleat viribus: quandoquidem eadem utriusq; asperitas, Buglossi, idemq; sapor gustui manifestum praebeant ejusdem facultatis indicium. Atq; facie non multum dissidere ea invenias, si il- Hispan. lud genus spectes, quod hodie in hortis feritur ex Hispanis allatum: hoc enim etsi verbascum adeo admodum non repraesentet, quemadmodum Borrage, foliorum tamen effigie bubulas linguas maxime imitatur. Sed quoquomodo hac se res habeat, concedam facile Borragine, & vulgare Buglossum & specie & forma inter se differre: attamen crediderim alterius vires proximè accedere, & si non eadem utriusq; simillimas tamen inesse. Caterum non desunt, qui his rationibus neglectis asserant vulgare Buglossum Echii omnino genus esse, quod illud omnibus notu referre putent. Alii vero sunt, qui idem Buglossum Cirsium existimant. Verum nos aliud à vulgari Buglossio & Echium & Cirsium esse censemus, ut abunde

I. BUGLOS. SIVE BORRAGO.

II. BUGLOSSUM VULGARE.



suis locis docuimus. Quod insuper Borrage facile sit legitimum Buglossum, Avicenna testimonio comprobari potest, qui li- Buglossi bro secundo sui canonis ita scribit, Lingua bovis est herba lata, habens folia sicut almara, & ad tactum aspera, & rami decri- ejus asperi, sicut pedes locustarum. Oportet autem, ut illa administretur, quae est in Corascenti, crassa habens folia, super ptio Avic. quorum faciem sunt puncta, quae sunt radices spinarum, & pilorum exeuntium ab ea. Quibus notis adeo evidenter nostram Borragine expresse Avicenna, ut nemo non intelligat hanc esse Linguam bubulam. Eam praeter morem descripsit Avi- cenna, quod suo quoq; tempore non deessent, qui veri Buglossi loco aliam quandam substituerent plantam, ut aperte ejus verba declarant, dum subdit: Quae autem in hac terra reperitur, & qua utuntur Medici, plurimum ejus est genus alma- 50 ra, & non est lingua bovis, & neq; confert, ut juvamentum illius est: haec Avicenna. His omnibus illud deniq; accedit, quod apud Apulejum in eo libello, qui de herbarum medicaminibus inscribitur, invenio Buglossum Lucanis Corraginem nuncupari prioris tantum litterae mutatione, quod cordis affectibus quam maxime opituletur. Quae sane omnia, ni fallor, clavisimè ostendunt, Borragine esse verum ac legitimum Buglossum. Provenit itaq; Borrage foliis latis, atq; oblongis, Borrage- asperis: eminentibus ubiq; bullis, tenuissimis armatis aculeis, quo totam plantam hirsutam, ac rigidam reddunt aculeato nis de- undecunq; ambitu: caule exit cubitali, & quandoq; majore, pingui, concavo, aculeis ubiq; scatente, & ramis multis bra- scrip. chiato: floribus in stella modum radiantibus, caeruleo colore, & quandoq; candido: nigro è medio prominente apice. Se- mine nigro, striatoq;. Hec planta plurimum per sese in hortu nascitur, adeo ut inde haud facile extirpavi possit. Radicem Buglossi habet albam, teneram, pollicari crassitudine, gustu subdulci ac lento. Caterum vulgare buglossum folio est Borragine lon- vulgaris gore symphyti majoris modo, hirsuto, aspero, hispidoq; minutissimis aculeis scatente: caule sesquicubitali, rotundo robu- decrip. & genera 60 sloq; hispidoq;, ac pungente, è quo rami exeunt complures sursum spectantes. Flores edit purpureos Borragine minores, è quibus nigrum oritur semen. Radix illi est Borragini per omnia ferè similis, crassior & carnosior, lentore quodam prae- dita, sed crassiori pinguioriq; libro. Hujus tria observavimus genera. Hortense latioribus ac longioribus foliis, quod majus & mi- nus est. Minor folia oblonga profert, sed longè angustiora, brevioraq; hirsuta, sed aculeis vacantia, cetera similia sunt. Seruntur passim in hortis, ac sylvestris duplex genus. Cujus alterum foliis altero latioribus, & floribus purpureis spectatur: Buglos- alterum vero angustioribus, & floribus nigricantibus. Foliis crescit brevioribus, incanis, minime aculeatis, caule crasso, pi- sum sylv. losoq;, ac subaspero: floribus ceteris generibus similibus, sed nigris. Radice digitali crassitudine, lenta ac dulci. Extat & aliud sylvestris genus hortensi minori per omnia simile, sed in omnibus agrestius. Nascuntur in campestribus. Viribus iisdem pol- lent,

Borag. &
Bugloss.
vires.III. BUGLOSSUM ALTERUM
flore nigro.Buglossi
vires ex
Gal.

Nomina.



lent, quibus ambæ hortensium species. Borragini atq; etiam
vulgari Buglossi herbe & radici vis sanæ magna inest, quinetiã
& floribus ad animi deliquium, & ceteros cordis affectus, &
melancholicos morbos: & præsertim earundem decoctum ex
vino, ac etiam ex aqua paratum. Trita vulgaris Buglossi radix
ex aceto illita tribus diebus continuis si abiosos juvat. Præstat
utriusq; planta succus haustus ad epota venena, & venenoso-
rum animalium morsum. Stomatitiae earum aqua delirius, qua
cum febre fiunt, mirifice auxiliatur, quiveriam oculorum in-
flammationes mulcet tam interius, quam exterius imposita. De
cujus viribus differens Galenus lib. 7. simpl. med. sic inquit: Bu-
glossum, humida & calidaq; temperiei est. Itaq; vinis injectum,
latitiae ac hilaritatis causa esse creditum est. Sed & iis, qui ob
faucium asperitatem tussunt, coctum in melicrato convenit.
Herba, quæ Græcis Βύλλωσος, Latine item Buglossum sive Bor-
rago & Lingua Bubula nominatur: Arabibus, Lifen alihaur,
seu Lesan alihaur: Italis, Borrachine: Germanis, Burretsch:
Hispanis, Borrata, & Borraenes: Gallis, Borrache. At Bu-
glossum vulgare, Italis, Buglossa: Germanis, Ochsenjung:
Gallis, Buglose. Sic Buglossum alterum sylvestre flore nigro:
Italis, Buglossa salvatica del fior negro.

Buglossum aliud sativum, aliud sylvestre: sativum
aliud latifolium, hocq; vel vulgatum, cæruleo, albo,
roseo flore: vel peregrinum, quod vel semper virente
folio, vel luteo flore: & aliud angustifolium, quod fi-
nuato est folio, vel non sinuato, hocq; majus & minus.
At sylvestre majus & minus est, hocq; duplex I. Bu-
glossa latifolia, Borrago dicta, C. B. Buglossum sive
Borrage, Matth. Lacun. Cast. Buglossum, Fuch.
Turn. Buglossum verum, Dod. gal. Cordo in Diosc.
Buglossa urbana, Cordo in histor. Buglossum latifo-
lium, Lobel. Borrage, Brunf. Trago. Fuch. in icon.

Ges. hor. Lon. Dodo. fol. Lugd. Cæsalp. Taber. Camerario. II. Buglossum angustifolium majus, C. B.
Buglossum vulgare, Matth. Lac. Castor. Lugd. Buglossum angustifolium, Lobel. Buglossa, Brunf. Cæ-
salp. Buglossa Italica, Trago, Lonic. Buglossa latifolia, Cordo in histo. Buglossa vulgaris, Dod. fol. Tab.
Buglossus Italica vel Gallica major, Ges. hor. Echium, Cordo in Diosc. Echium Italicum spinosum,
Fuch. in iconibus. Cirsium Italicum, eidem. Anchusa, Turnero. III. Buglossum sylvestre majus nigrum,
C. B. Buglossum alterum flore nigro, Matthioli. Bu-
glossum sylvestre majus, Castor. Buglossum sylvestre,
Lugd. Buglossa sylvestris nigra, Thalyo.

I. CYNOGLOSSUM.

Cyno-
glossi
confid.Cyno-
glossi
vulg.

Κυνόγλωσος.

CYNOGLOSSUM.
CAP. CXXIV.

Cynoglossum folia latifoliae plantaginis habet,
cætiore, minora, lanuginosa: caule vacat, & humi
sternitur: provenit in sabulis. Folia cum suillo adipe
vetere, medentur moribus canum, alopeciiis, &
ambustis. Emollit alvum, decoctum herbæ ex vino
potum.

Legitimum Cynoglossum, quod, Dioscoride teste, neque
caulem, neque flores, neque semen gignit, pluries non mo-
do vidimus, sed etiam legimus Roma post Adriani molem in
sabulosis quibusdam locis enatum. Hoc à vulgari Cyno-
glossi, quo passim officina utuntur, perquam longe distat:
quippe quod in radiantis soli morem folia fert, subpinguia,
tenui lanugine albicantia, humi strata, & caule perpetuo
viduum est. Illa verò planta, quæ Cynoglossi usum omni-
bus præstat, folia edit lata longaque hortensis ac majoris Bu-
glossi modo, numerosa ab una radice prodeuntia tactu subaspe-
ra ac pilosa, plurimos emittit caules, cubito sapius longio-
res, teretes, robustos ac pariter subasperos & à medio ra-
mosos, adnatis in cacumine ramis: quibus flores insunt purpurei, echo similes, è quibus deinde quadam parva prodeunt
lappa, aculeo quodam à medio prominente non sine magno artificio facta, quæ maturascentes contactu ve-
stibus pertinaciter adherent. Nascitur passim, sæpe ubique, secus vias, & in agrorum marginibus. Meminit Cy-
noglossi Plinius lib. 25. cap. 8. his verbis. Jungitur & Cynoglossos caninas imitans linguas, topiarii operibus gratissima.
Ajuntq;

Asuntq; quæ tres thyrsos seminis emittat, ejus radicem potam ex aqua ad tertianas prodesse: quæ quatuor, ad quartanas. Est & alia similis ei, quæ ferat lappas minutas: hæc Plinius. Ex quibus satis perspicuum esse puto, quod neutrum Cynoglossi genus à Plinio traditum, Dioscoridis Cynoglossi respondet. Siquidem primum Plinio caules vel thyrsos edit adeo flexiles ut in topiariis operibus maxime conveniant. Dioscoridi verò planta est sine caule, quæ humi sternitur: ut hinc apertissime

II. CYNOGLO. VULGARE FLORID.



PHYTEUMA.



constet, hanc operi topiario, ut aliquid convellat vel conte-
xat, prorsus ineptam esse. Adde quod Dioscoridi Cynoglossum
medetur canum moribus, alopecis, & ambusis: quinetiam
alvum emollit. Plinio autem ad tertianas tantum, & quart-
anas prodest. Id quod de Buglossi intelligitur ut superiori ca-
pite testatur Dioscorides. Hinc itaq; palam fieri arbitror, Bu-
glossi historiam & vires, cum Cynoglossi turpiter confuisse
Plinium. Cujus certe lapsus non animadvertunt recen-
tiorum nonnulli, qui Plini auctoritate freti contra Dioscori-
dis gravem sententiam probare contendunt, Cynoglossum
caules, flores, & semen proferre. Quod autem secundo loco
à Plinio describitur, lappas minutas ferens, nil aliud, meo
quidem judicio, fuerit, quam vulgare Cynoglossum omnibus
notum. Quo fit, ut omnino errasse existimem Ruellium, &
Fuchsum viros aliqui doctissimos: quippe qui crediderint,
vulgarem Cynoglossam esse Lycopsin, ut etiam supra suo loco
monuimus: neq; enim hos animadvertisse video de hac cum
alio Cynoglossi scripsisse Plinium, ac deinde speciatim de Ly-
copsi lib. 27. cap. 11. Vulgare Cynoglossum manifestò refrige-
rat, & siccat: folia recentia illita vulnerum inflammationes,
ac etiam alias quascunq; mirum in modum sanant, & ar-
cent. Cynoglossi in libris de simpl. med. facul. nusquam repe-
rio meminisse Galenum. Id Græcis κυνόγλωσσος, Latinis Cy-
noglossum & Lingua canina vocatur: Italis Cynoglossa &
Lengua di cane: Germanis, Hundesung.

Plinii la-
plus.Ruel. &
Fuch. er-
ror Cyno-
glossum
vulgare,
Lycopsin
statuen-
tium.

Nomina.

Cynoglossum aliud est semper virens, aliud inca-
num: aliud medium, quod montanum est, majus &
minus: incanum maximum, majus, medium, minus
& repens. I. Cynoglossum, Matth. Lugd. Cyno-
glossa vera, eidem editione Italica: quod anne a se-
quenti differt? II. Cynoglossum majus sylvestre,
C.B. Cynoglossum vulgare, Matth. Lob. Calt. Lugd.
Thal. Cynoglossus vulgaris, Ges. hor. Cynoglossum
Lon. Dod. fol. Tab. Cynoglossa, Cæf. Cynoglossa
major, Brunf. Cordo in Diosc. Lycoplis, Lacunæ.

Φύτευμα, PHYTEUMA. CAP. CXXV.

PHYTEUMA folia habet Struthii, minora: copiosum
semen, perforatum: radicem parvam, tenuem, per
summa terræ nitentem. Quam ad amatoria conve-
nire, nonnulli scriptum reliquerunt.

Cum sit usus Phyteumatis ad amatoria duntaxat, exem-
plo Plinii ductus, plura hic de eo referre supervacuum
habeo. Mihi quidem hæc hucus herba hæc incognita est. Qua-
re eam relinquamus in hortis Veneris, quos ipsa ad delicias &
amatoria tantum colit, donec qui Deus charissimus hanc her-
bam edoctus, eam nobis quoq; indicare possit. Verum non ob
id præmittam commemorare, non deesse rei herbaria stu-
diosos, qui plantam, cujus hic imaginem damus, PHYTEU-
MA esse censeant, quod perforatum gerat capitulum & fo-
lia struthii modo oblonga: sed esto etiam aliorum judicium.
Nascitur in montibus & aliis quoq; locis. Hujus, tanquam
supervacua & inutilis herba, Galenus & Paulus nusquam,
quod legerim, inter simplicia meminerunt. Φύτευμα ut Græ-
cè, ita etiam Phyteuma Latine dicitur: Italis, Phiteuma.

Phyteu-
matis
confide

Nomina.

Phyteumatis nomine alii Resedæ speciem, alii
Antirrhini: Matthiolus Campanulam proponit, in
cujus figura flores desiderantur, & solum Capitula,
quæ floribus succedunt, pinguntur. Hæc ergo Phy-
teuma dicitur Matthiol. Cæsalpin. hoc nomine, &
Lugdunensis pinxit. Campanula cærulea sativa,
Dodo,

Aaaa

Dod. gal. Campanula cœrulea five hortensis, Lugd. Campana cœrulea, Gef. hor. Campanula media, Dod. fol. Campanula perfoliata nostras, Lob. Campanula angustifolia, Taber. Campanulæ genus Phyteuma Matthiolo dictum, Clus. hist. Pann. Rapunculus campanulatus Neriifolius, Thalyo.

λεοντοπόδιον.

LEONTOPODIUM.

CAP. CXXVI.

Leontopodium duum digitorum herbula est, folia ferens angusta, longitudine ternum, quaternumve digitorum hirsuta, quæ juxta radicem lanosiore flocco canescunt: capitula in summo caule quasi perforata: flores nigri: semen usq; adeo spissa lanugine involutum est, ut sæpe fallat: radice parva cohaeret, quam tradunt appensam ad amatoria prodesse, & tubercula discutere. 10

I. LEONTOPODIUM VERUM. II. PSEUDOLEONTOPODIUM.



Leon-
topodii
confid.

Non dubito quin plantam, cujus hic imaginem damus, legitimum sit Leontopodium. Siquidem herbula est duum, ternumve digitorum: foliis angustis, trium quoq; digitorum mensura, hirsutis, aversa parte canescentibus, & praesertim quæ circa radicem sunt. Capitula in summo caule quasi foraminibus distinctis: floribus nigricantibus, & semine densa admodum lanugine implicato. Radice parva, tenuiq; Hanc e Baldo monte allatam misit ad me Verona Franciscus Calzolarius Pharmacopœus insignis ad auream campanam.

Pseudo-
leonto-
podium.
Brunfel-
si erra-
tum.
Nominis.

Est & alia planta, cujus quoque imaginem expressimus, & passim in Bohemia nascitur, quæ tamen si longiori sit caule, quam deceat, omnes tamen Leontopodii notas habet. Ideoq; eam Leontopodium alterum appellare libuit. Ceterum hic non est audiendus Brunfelsius, qui Stellariam herbam vulgo vocatam, in suo Onomastico Leontopodium esse scribit. Quæ in re non minus hallucinatus deprehenditur, quam in aliis compluribus. Vocant ita λεοντοπόδιον Græci, ut Latini quoq; Leontopodium: Itali, Leontopodio. 20



20

30

40

I. Gnaphalium alpinum magno flore, C. B. Leontopodium verum, Matth. Leontopodion, Cast. Tab. Lugd. Leontopodium Mart. & Pilosella minor, Dod. fol. Gnaphalium alpinum, Clus. hist. Pann. Ab hoc differt Leontopodium à Lob. propositum, ut in Historia docebitur. II. Gnaphalium maximum virgatum, C. B. Pseudoleontopodium, Matth. Lugd. Leontopodium alterum vulgare, Cam. Heliochrysol sylvestris, Trag. Chrysocome Germanica, Lob. Chrysocome lanuginosa, Lugd. Gnaphalium Anglicum folio longiore, Adver. Lob. in icon. Gnaphalium majus, Tab. Herba Impia in montibus Cæsalpino. 50

ἵππογλωσσον.

HIPPOGLOSSUM.

CAP. CXXVII.

Meum
ἐρίμνιον.
i. parvus
frutex.

Hippo-
glossi
confid.

Hippoglosson, a frutex est folia habens rusci tenuis figura, & spinosam comam, & in summo ceu linguas e foliis exeuntes. Capitis dolorem corona ex comis imposita minuit: malagmatis radix succusque admiscetur. 60

Hippoglossum frutex est foliis rusci majoribus, polygonati similibus, secundum longitudinem frequenter striatis, è quorum medio ligna quadam foliosa assurgunt, sub quibus rubentes exoriuntur bacca, ut in rusco. Radicem habet albam geniculatam, ac duram. Quod in foliis veluti prominentes linguas proferat, Bilinguam vocat Hetruria, alii verò Bonifaciam. Nascitur hac frequentissima in Liguria Alpibus, Urbinati agro, & quibusdam sylvestris montibus non longè à Goritienfi 60

HIPPOGLOSSUM.



Goritiensi comitatu, quâ iter est in Hydriam ad argenti vivi fodinas. Veruntamen non est hac Laurus Alexandrina, aut Idea, de qua infra suo loco differemus, ut in suo insigni de plant. hist. commentario existimat Fuchsius. Quandoquidem Laurus Alexandrina è foliorum umbilico nullam aculeatam exerit linguam, sed tantum fructum rotundum tiliâ modo longiori pediculo appensum profert. Hippoglossum recentiores longè pluribus commendant viribus, quam fecerint antiqui scriptores: nam, ut illi tradunt, in uteri affectibus magno datur iuvamento. Quo fit, ut strangulati vulva laborantibus mulieribus radicis, aut herbae pulvis cochlearis mensura, ex vino, vel jure haustus presentaneo remedio opem serat. Est & ad puerorum enterocelas præstantissimum medicamentum, si diutius diluculo hauriatur pulvis idem sesquidrachma pondere ex majoris symphyti decocto. Verum id summentibus evenit, quod primis tantum diebus ad radicem pulsare percipiant, ut intestina foras prolabi velle videantur: quare subcingulis, fasciis, & fibulis reprimentibus, roborantibusq; primis diebus uti opus est. Quia planta Græcis ἵππογλωσσον, Latinis similiter Hippoglossum appellatur: Italis, Bilingua, & Bonifacia: Germanis, Zeyfflin Straum: Hispanis, Lengoa de cavallo: Gallis, Lingua pagana, Bilingua.

Hippo-
gloss.
non
est Laur.
Alex.

Hippo-
glossi vi-
res Matt.

Nomina.

Hippoglossum duplex est, alterum in quo fructus pediculo, alterum in quo folio, insidet. Hippoglossi. fructu pediculo insidente, C. B. Hippoglossi. Matth. Lac. Dod. gal. & fol. Turn. Gef. hor. Lob. Cast. Cam. Hippoglosson, Cor. in Diosc. Uvularia, Brunf. Lon. Uvularia mas, Tab. Laurus Alexandrina, Trag. Fuch. Gef. hor. Bonifacio, Anguil. Laurus taxa Plin. Lug. Bilingua, Clus. hist. Pan. Rusco affinis prima, Cæf. Radix Idæa Dioscoridis, Columnæ.

Ἀντίρρινον.

ANTIRRHINUM.

CAP. CXXVIII.

Antirrhinon, alii anarrhinon, vocant herbam caule, & foliis anagallidi similem: florem albæ violæ, purpureo, minore tamen, ideoque sylvestris anagallis nominata est: semine vituli narium simili.

ANTIRRHINUM I.

ANTIRRHINUM II.



Aaaa •

Tradunt

Tradunt perunctos ea cum oleo lilino, venustiores fieri: nec ullo medicamento laedi posse, si quis ap-
pensum gesserit.

ANTIRRHINUM III.



ANTIRRHINUM IV.



Antirrhini confid. Variat admodum Antirrhini apud veteres historia. Siquidem Dioscorides Antirrhinum herbam foliis, & caule anagallidis similem reddidit. Theophrastus vero eandem aparina similem fecit. Veruntamen nos qui quatuor Antirrhini genera observavimus, nullum hactenus vidimus, quod foliis anagallidis, aut Aparina viresceret, ut ex hic appictis imaginibus apparet. Plinius lib. 25. c. 10. rectius fortasse, Antirrhinum lino simile nasci scribit. Unde facile suspicor, Dioscoridis & Theoph. exemplaria hoc in loco depravata esse, atq. in aliqua parte vitium latere. Foliis omnes sunt oblongis, in altero latioribus, in altero vero angustioribus, caulibus ramosis. Caterum ut in plantis variat facies, ita quoq. in floribus variat color. Siquidem in una purpureus, in altera subpurpureus, & in ceteris candidus flos emicat. At qui ex omnibus capita nascuntur, in quibus semen minutum, nigrumq. continetur, vitulinis admodum similia, quae non nisi magnitudine differunt. Nascitur in arvis, & in collibus. Illumuntur Antirrhini folia, quin etiam flores, & semen, cum rosaceo, & melle ad uteri praefocationes, & mensium difficultates. Herba scorpionibus adeo contraria est, ut illico ea visa torpescant. Eadem fronti adalligata, praestat ad delendas oculorum albugines. Quinetiam principum gratiam sibi conciliari posse putant hoc tantum amuleto. Antirrhini meminit Gal. lib. 6. simpl. med. ubi de ejus viribus ita scribit: Antirrhinum, aut anarinum semen habet vituli naribus simile, ad sanationes inutile. Ipsum autem ad simile est cum bubonis facultatis, sed multo minoris. Itaq. ex illo de hoc conjicito. Hoc ut Graeci Ἀντίρρινον, ita etiam Latini Antirrhinum vocant: Itali, Antirrhino vocant Germani, Drant/ Sterck Kraut/ seu Streich Kraut. Hispani, Cabeza de ternera: Galli, Moron violet.

Antirrhini differ. 40

Antirrhini vites ex Gal. Nomina. 50

Antirrhinum, quod fructu sit narium vituli simili, quod & Lychnis agria Plinii dicitur: Plures habet differentias. I. Antirrhinum arvense majus, C. B. Antirrhinum primum, Matth. Antirrhinum, Turn. Cordo in Diosc. (cui & Cynocephalæa & Bucranion) Lac. Lon. Antirrhinum sylvestre, Phyteuma, Dod. fol. Antirrhinum minus, Gef. hor. Tab. Antirrhinum minimum, Lob. Antirrhinum parvum, Lugd. (cui & caput simiae.) Antirrhinum medium, Cam. Antirrhinum rubrum arvense, Thal. Oronthium, Dod. gal. Os leonis alterum, Cæsalp. Hoc pro Antirrhino quarto Camerarius in suo Matthiolo posuit, & Oronthium Archigenis quibusdam dici, quasi Aurantium, quod Auriginem morbum sive Icterus lever. II. Antirrhinum majus folio longiore, C. B. Antirrhinum secundum, Matth. Lugd. Antirrhinum magnum, Dod. gal. Lugd. Antirrhinum majus, Cam. Antirrhinum, Gef. hor. Anguil. Dod. fol. Lob. (cui & vulgo Caput canis & Ca, ut vituli Apuleji) Taber. Os leonis vulgo, Cæsalp. Hoc floribus est ex purpura albicantibus seu incarnatis, rictu luteo leonini oris, caeruleo. III. Antirrhinum arvense minus, C. B. Antirrhinum tertium, Matth. Lugd. Antirrhinum sylvestre, Castor. Antirrhinum alterum minimum repens, Lob. in icon. Antirrhinum minimum, Thal. Cam. Os leonis in vineis, Cæsalp. Hoc rarissime cubitum aequat, omnibus sui partibus reliquis minus, flosculis albis, pusillis, capitulo minuto: in arvis, vinetis, & etiam testis proveniens. IV. Antirrhinum quartum à Matthiolo & Lugdunensi propositum, sunt qui velint illud esse, quod primo loco posuimus: at censemus esse Antirrhinum album, parum à secundo varians.

ΚΑΤΑΡΓΗΤΗ

EX eo genere una, folia coronopi habet, longa: radicem junci modo prætenuem: capitula sena septemve, in quibus erui semen inest. Arescens in terram flectitur, & se contrahit ad speciem unguium milvi exanimati. Altera mali parvi magnitudinem explet, radice exiguae olivæ magnitudine, foliis quoque olivæ colore, & figura, mollibus, divisis, humi inclinatis: semen ut cicer, minutum, in virgulis dependet, punice coloris, multis foraminibus pertusum. Utraque narrant in amatoria expecti. Thessalicæ mulieres his uti traduntur.

Neutrum equidem Catanances genus hæcenus me comperisse fateor, neque aliquem scio in Italia, qui alterum saltem legitime noverit. Sed nihil certe referre arbitror, quippe quod ea rebus veneris tantum convenient, & amatoris nascantur. Proinde mulieribus Thessalicis relinquenda sunt, quibus olim fuit usus: præsertim cum hac ætate homines in venerem admodum proclives sint, atque etiam multi nimis calleant amatoria: tantum abest, ut etiam hujusmodi herbarum, si cognoscerentur, auxilia his indicari debuissent. Caterum existimat Ruellius, in hoc subscribens Hermolao, secundum cuncti generis Catanancen recte eam herbam dici posse, quam herbariorum vulgus Bisfortam appellat. Sed meo quidem iudicio errat Ruellius, quod Bisforta dicta rumicis folia proferat, & radices quandoque humani brachii crassitudine, anguium modo contortas, non autem parvas olivæ magnitudine, velut altera Catanance. Nomen ejus Græcum κατανάνθη Latinum item Catanance.

Tripolion in marinis nascitur locis, quæ allidit unda, recedensque dimittit, neque in mari, neque in sicco: folio glasti crassiore: palmeo caule, in mucrone diviso. Ejus, ut tradunt, flores colorem ter die mutant, manè candidi, meridie purpurei, serò punicei conspiciuntur. Radice alba, odorata, calidi gustus. Quæ drachmis duabus in vino pota, aquam, urinamque per alvum extrahit. In medicamenta digeritur, quæ venena arcent.

* TURPETUM OFFICINARUM. *

Tripolium Serapioni Turbit appellatur. Quapropter credidere nonnulli, Turbit vulgò vocatum Dioscoridis esse Tripolium præsertim quod ipsum & album, & dejectoria facultatis esse deprehenderent. Veruntamen rem aliter se habere illud argumento est, quod communis usus Turpetum nullo commendetur odore, nec gustui acedinem relinquat, sed tantum salsedine, & asperitatis quidpiam. Ex quibus sane notis asserere licet, Tripolium in Italia non reperiri, neque aliunde advehi: quemadmodum nec Turbit, de quo differunt Avicenna, quem etiam Dioscoridis Tripolium intellexisse reor. Caterum ab his longè differre videtur TURBIT, quod à Mesue de- scribitur, nostri Turpeto omnibus prorsus notis respondens. Ait enim Turbit radicem esse herbæ folia ferula minora ferentis, triplicis, notari differentia, nempe alba, subcinerea, & nigra. Quæ quidem omnia in nostri usus Turpeto diligenter intuentibus facile sese offerunt. Siquidem in Turpeti radicibus, quæ ex orientali plaga ad nos deferuntur, omnes hi reperiuntur colores: non tamen quod putem, eos ita factos esse tantum ex ipsius plantæ natura, sed quod ob vetustatem, & adventitii aeris humorem radices hæc corrumpantur & nigrescant, illosque sibi asferant colores. Cujus rei in causa etiam esse potest maris, per quod convehitur, exorta procella undis trivemes superantibus, quibus madefactæ radices facile situm, vel nigredinem contrahunt. Præterea cum asserat Actuarius, nil aliud esse album Turpetum, quam Alypie radicem, eorum planè refellitur opinio, qui Mesuem errasse existimant, quod album Turpetum dixerit plantæ radicem esse, quæ folia ferret ferulacea: quandoquidem alypum, sive alypia, ut in sequentibus docebit Dioscorides, foliis tenuibus profilit, quemadmodum & ferula. Ex his igitur, ut arbitror, abundè liquet, Turpetum tam Mesui, quam Actuarii alypia esse radicem. Est & aliud Turpetum, quod potius pseudoturpetum dixerim, crassius, & cortice nigrius, quod ex Gargano Apulia monte

Tripolii confid.

Turpeti confid.

Turpeti album, Alypie radix.

Pseudo-turpetum Garganici.

Brasavoli erratum, Fuch. opinio rejecta.

Turpeti vires, Ventr-



convehitur duplici genere, quoniam unum è thapsia, alterum è pityusa radicibus concinnant impostores, à quibus hæc omnia didicimus. Non itaque, ab re scripsit Actuarius, nigrum Turpetum radicem esse pityusa. Verum hoc (ut me fert opinio) Mesui Turpetum haudquaquam fuerit, cum ipsius Turpetum nil aliud esse existimem, ut paulò antè diximus, quam alypie radicem. Quanquam putat Brasavolus, nulla tamen, quod equidem sciam, ratione vel auctoritate nixus, apud Mesuem Turpetum omnino thymali myrsinitis radicem esse. Sed quantum myrti folia à ferula foliis differant, qui nescimus, rei herbarie peritos consulant. Fuchius porro libro de compositione med. turpetum, de quo Mesues egit, è thapsia radicibus exemptum existimat. Sed ipsius quoque sententia mihi planè, ut libere dicam, reprobanda videtur: nam è veteribus nullum hæcenus reperi, qui Thapsiam lacteo succo turgere scribat: cum tamen Mesui Turpetum à plantâ eximatur, quæ plurimo lacte madet. Præstat in Turpeti genere album ex Orientali plaga allatum, resinosum, minime ca- riosum. Dejecit hoc pituitam, crassos lentosque humores ad articulorum compagines desluentes, remotioresque corporis partes.

Ventriculum expurgat, & quæ illi penitus inherent excrementa: detergit item & pectus à pituita lentore. Datur magna
juvamento aqua intercutie laborantibus: item elephantiacis, & Gallica lue affectus: quin & hi, qui morbis ab exustis hu-
moribus provenientius sunt obnoxii. Prodest diuturnis febribus, & in universum ubi putra redundat: verum qui su-
munt cavere debent à piscium esu, & australi statu. Sed jam ad Tripolium nostra redeat oratio. Reperio hac in historia
non parum hallucinatum esse Plinium lib. 21. c. 7. ubi turpiter Tripolium cum polio herba confudit, adeo ut afferere non
dubitaverit, polium ter in die foliorum mutare colorem. Id quod de Tripolii floribus tradidere tum Dioscoridum antiquorum
reliqui. Tripolii quàm brevissimè meminit Galenus lib. 8. simpl. med. ita scribens: Tripolii radix gustanti acris est, & sa-
cultate calida in tertio excessu. Quod Græci τριπόλιον, Latini quoque Tripolium dicunt: Itali, Tripolio.

Plinii la-
pus.
Tripolii
vires ex
Gal.

A' δ'ιαντον.

ADIAN-TUM.

CAP. CXXXI.

a Meum
μελαν, i. nigrum
vali-
dum, tenues

Adianton, polytrichon, pusilla gerit folia, similia coriandri, in summo incisuris divisa, cauliculi, qui-
bus exoriuntur, a nigro colore nitent, prætenues, palmum alti: radice supervacua neque caulem, ne-
que fructum, neque florem profert. Decoctum herbae potum, prodest spirandi difficultati, suspiriosis,
lienii, & felle suffusis, & urinæ difficili: calculos frangit, alvum sistit, serpentium moribus auxilio est:
contra stomachi fluxiones in vino bibitur: secundas ciet, & menstrua: sanguinis rejections inhi-
bet. Contra serpentium morsus cruda herba illinitur, alopecias densat, strumas discutit: furfures, & manan-
tia capitis ulcera ex lixivio emendat: defluentes capillos continet, cum ladano, & myrtino, & fusino,
aut hyssopo, vinoque. Decoctum ejus cum lixivio, & vino infusum, idem præstat. Coturnices, & gallina-
ceos pugnaciores facit, in cibos eorum additum. Seritur gratia utilitatis pecorum circa ovilia. Umbro-
sis, & palustribus, circa parietum aspergines, & fontium specus enascitur.

I. ADIAN-TUM.

* II. ADIAN-TUM SYRIACUM. *



Τριχομανές.

TRICHOMANES.

CAP. CXXXII.



a Meum
μελαν, i. nigrum
vali-
dum, tenues
Adianti,
& Tri-
choma-
nis con-
sideratio.

Trichomanes nascitur eisdem in locis, quibus adianton: filici simile, sed a exilius: foliis lenticulæ,
tenuibus, in ordinem utrinque digestis, adversis in se, ramulis tenuibus, acerbis, & fusco colore splen-
dentibus. Eadem quæ & adianton præstare posse constat.

Adiantum officina Capillum Veneris appellant. Duo ejus genera Theophrastus assignavit libro 7. capit. 13. de plantarum historia, ubi ita scriptum reliquit: Adianti folium in aqua nunquam madescit, nec quicquam adhæsisse humo-
ris constat: unde & nomen herba accepit. Genera ejus duo, candidum, atque nigrum. Ambo ad deflavium capillorum utilia,
oleo trita. Nascuntur maxime locis humidis: hac Theophrastus. Cui subscribit Plinius: licet confusè satis, libro 22.
capit. 21. dum sic inquit: Aliud Adianto miraculum, æstate viret, bruma non marcescit, aquas respuit: persusum mer-
sumve sicco simile est, tanta dissociatio deprehenditur unde & nomen à Græcis. Quidam callitrichon vocant, aliapo-
lytrichon, utrunque ab effectu. Duo ejus genera, candidius, & nigrum, breviusque. Id quod majus est Polytri-
chon, aliud Trichomanes vocant. Utrique ramuli nigro colore nitent, foliis filicis, ex quibus inferiora aspera, ac fusca sunt:
omnia